BERNARDINI CRIPPAE PHILOSOPHI QVAESTIO.

DE INTELLIGIBILI PRIMO, ET ADAEQVATO CVM INTELLECTVS COGNITIONE.

Ad Gregorium XIII. Pont. Max.

ROMAE, MDLXXIII.
SVPERIORVM CONSENSV.
Apud Iosephum de Angelis.

GREGORIO XIII. PONT. MAX.

BERNARDINVS CRIPPA






IMPLEX, & omnibus ex partibus sibi ipsi consentiens esse uerum inter omnes sapientes Optime Pater manifestissime constat, & id quidem iure. Ipsum enim uerum, quod nihil, nisi uis, & natura rerum est, neque uariari, neque multiplex fieri ulla ratione potest. Nam & Deus, qui summum est uerum, ac simul causa, ut alia omnia uera sint, simplicissimus, atque uniusmodi semper est, & cæteræ mentes tum diuinæ, tum humanæ unam, eandemque sempiternam suam obtinent uim, nec quicquam dispar sui in se admistum habent, & reliquæ deinceps, quæ oriuntur, & occidunt, naturæ ad summi ueri imitationem nunquam, dum sunt, a se ipsis desciscunt, atque in alias degenerant naturas, sed in suo perenni perseuerant statu. Ex quo etiam cuiusque ueri certa, & constans cognitio propterea & simplex, & una, & immutabilis sit, necesse est, quòd cum re congruere omnino, & consentire debet. Quare tuam illam sapientissimam, diuinamque uocem Sanctissime Pater & summopere admiror, & libentissime audio, cum dicis, nihil aliud esse causæ, cur uarijs, & controuersis quæstionibus rei alicuius natura ita multiplex, atque diuersa esse statuatur, ut eiusdem rei non una, sed multæ, non

eadem, ſed diuerſæ uideantur eſſe cognitiones, niſi quia eiuſmodi rei uerum nondum communi conſenſu perfecte inuentum, atque cognitum eſt. Quod, cum alibi in Philoſophia contingat, tum ibi contingere maxime dolendum eſſe, ubi multis iam philoſophorum ſeculis nullus unquam eſt factus finis quærendi, ſed nouis ſemper, diſſimilibusque rationibus etiam nunc quæritur, primum utrum humana mens, dum naturalem aliquam rem per ſe, & non ſimul cum ſenſu intellectura eſt, in eiusdem rei natura prius id, quod latius patet, & in aliјs quoque pluribus ineſt, an id, quod eſt contractius, & in paucioribus, per ſe intelligat, atque cognoſcat: deinde quid mentis notioni ita par ſit ad intelligendum, ut nihil amplius extra illud, & illius principia reperiatur, quod ab humana mente per ſe cognoſci, comprehendique poſſit: ab huiuſce enim notitia ueri, quod totum in mentis ui poſitum eſt, quaſi gradum quendam naturalem ad Deum contemplandum, atque intelligendum fieri nobis. Hic tua me grauiſſima, ſanctiſſimaq; authoritas, ac uoluntas ſic mouit, ut nõ dubitarim tentare, an ex Ariſtotelis tantũ ſententia in iſtiuſmodi ueri difficillima inquiſitione ita uerſari poſſem, ut ſi ipſum uerum non penitus illuſtratum, & patefactum eſſet, at lumen aliquod per nos ad illud intuendum putaretur prælatum. Nec tamen ea in re id mihi aſſumere uelim, ut aliјs claris, magnisq; philoſophis doctrina anteponendus ſim, ſed ut quicquid tum philoſophando, in quo iam ætatem conſumpſi meam, ualeo, tum uiuendo conſequi poſſum, ego tibi propter tuam & admirabilem in Deum pietatem, & inauditam in adminiſtranda Rep. Chriſtiana prudentiam, & incredibilem erga me humanitatem obtulerim, dicarim, atque re ipſa ex animo præſtiterim.

QVAESTIO DE INTELLIGIBILI PRIMO, ET ADÆQVATO

Cum intellectus cognitione.


EST humanus intellectus sua natura[a] sempiternus, & a corpore separabilis,atq; diuinus,[b] & idcirco species, siue formas intelligibiles sine sensibili omnino materia per intellectionem in se ipsum recipit, ac per talem receptionem, quasi ab eisdẽ informatus idem, quod[c] illę formæ sunt, efficitur. Ex quo[d] & intelligibiles formas esse sempiternas, diuinas, & a materia aut[e] per se penitus separatas, aut aliqua,[f] ratione separabiles, necesse est. Nam etsi[g] naturales formę ex se a sensibili materia;[h] quæ suapte ui omnem nostram funditus effugit intellectionem, minime separabiles sunt, tamen, cum per se intelliguntur,[i] sic propria intellectus actione a materia secernuntur, & segregantur, ut nudę prorsus a materia in intellectu, quasi ingenerentur, & recipiantur: Quæ quidem in intellectu ita ingenitę, ac receptæ, atque a materia separatæ quin singulæ tum specie unæ sint, tum actu,

a 4. de part. aialiũ c.10. 1. de anima t.65.66. 2.đ aĩa t.21. 3 de aĩa t. 4. 6. 7. 10.16. 19. 20. 2. đ aialiũ gene.cap.3. 12 p.ph.t.17 51. 10. Eth. c.7.

b 3.đ aĩa t.3. 4. 6.10.14. 25.38. 12. p.ph.t.39

c 3 đ aĩa t.3 5. 6. 8. 14. 15.26.38. 12. p. ph. t. 39.51.

d 1.post. t. 64. 164. 1. phy. t.81. 2.đ aĩa t 34. 7 p. ph t 34

e 8.phy. t.86 1. de cælo t.100. 1.de aĩa. t.17 6.p.ph.t.2 12.p.ph.t.30.41.43.49.51.52

f 2.phy t.12. 1.de cælo t.92. 3.de aĩa t.9 10.11. 5.p.ph.t.15 6.p.ph.t.1. 7.p. ph.t.34 35.36.37.40.41.

g 2.phy.t.19. 1.de aĩa t.17. 6.p.ph.t.2. 7.p ph.t.39.

h 1.phy.t.69. 7. p. ph. t.35.

i 3.de anima t.10.11.18.19.24.32.33.39.

actu, tum uniuersales, nihil certe est, quòd dubitemus : [k] materia enim causa est, ut naturalis quæque forma & potentia, & multiplex in suis indiuiduis extet. Cum igitur forma, ut uniuersalis, in intellectu recepta sit, & contineatur, profecto oratio, qua enuntiatur, & explicatur, nihil, nisi eius definitio, esse potest, [l] quia & uniuersalium definitio est, [m] & quicquid forma comprehenditur, formæ substantia necessario est. At uero, quoniam [n] omnis definitio partes habet, [o] quarum unaquæque per se magis uniuersalis, quàm tota simul definitio, est, etiam forma definita ex necessitate partes habeat, quæ singillatim & uniuersaliores, quàm tota forma, sint, & ab intellectu per se, & non cum sensu cognoscantur, oportet : [p] pares enim definitionis partes partibus rei definitæ esse debent. Ita tum magis, tum minus uniuersale eiusdem ordinis, atque substantię ab intellectu per se intelligi, & cognosci sane perspicuum est. Neque id quidem sine causa, propterea quòd sic inter se magis, & minus uniuersale coniuncta sunt, ut ex unius cognitione alterius cognitio gignatur, ac pariatur. Quare in philosophia iure quærendum esse uidetur, utrum intellectus in cognoscendis per se, & non cum sensu naturalibus formis debeat magis uniuersale eiusdem ordinis, & substantiæ, an minus uniuersale prius per se intelligere, atque cognoscere, Substan-

tia-

k 2. de anima t. 59 7 p ph. t. 28
l 1. post. t 64 2. post t. 9. 69 70. 71 82 7. p. ph t. 35. 37
m 2. post. t. 70. 7. p ph. t. 13. 34. 35 36. 37. 39. 41. 42
n lib. de interpr. sec 1. c. de ora. 2. post t 16 7 p. phi. t 33. 42
o 2. post. t. 69. 70
p 6. Top. c. 3. loc 79. 7 p ph. t. 33

tiarum autem, & formarum separatarum nulla in hac quęstione assumetur tractatio, & contemplatio, [q] quia & simplices sunt, & alia intelliguntur ratione. Primum igitur quibus rationibus probetur, & quibus philosophiæ locis confirmetur, minus vniuersale prius ab intellectu per se cognosci, quàm magis uniuersale, diligenter uideamus, & consideremus. Ac rationum quidem hęc affertur prima, Quod est promptioris, & facilioris cognitionis, id sua natura semper cognoscitur prius, quàm quod reconditioris, & difficilioris cognitionis est: hoc autem, cum extra omnem sit controuersiam, nulla probatione, & confirmatione eget, sed minus uniuersale est intellectui promptioris, ac facilioris cognitionis, quàm magis uniuersale: quandoquidem uniuersale, de quo nunc agimus, [r] est unum continens, & quæ continentur, ut unum quoddam sint illa; hoc autem dupliciter, aut enim ut unumquodque est unum, aut ut ex his ipsum unum. Vnde si minus uniuersale ex paucioribus, & sensui propinquioribus existit, & pauciora, propinquioraque sensibus continet, quàm magis uniuersale, quis neget minus uniuersale promptioris esse, & facilioris cognitionis, quàm magis uniuersale; cum ex notioribus nobis, & paucioribus colligendum, & cognoscendum sit, [s] omnisque intellectus cognitio a sensuum cognitione suum du

cat

q 7. p. ph. t.60 9. p ph. t.22 12. p. ph. t.37 51

r 1. post. t.36. 5. p. ph. t.31.

s 1. post. t.134. 2. post. t.101. 102. 103. 104 105. 106 3. de anima t.20. 30. 31. 39. 1. p. ph. c. 1

P. Set.ª in Cohærent.

Primũ Arg.ᵗ ꝑ min.ˢ vnĩ cognoscit

2 phy. t. 11 1. de partib. animaliũ. c. 1 2. de anima t. 6 7. p ph. t. 11. 20 59 60 8 p. ph. t. 5. 6. 8: 10 9 p ph. t 17 u 3. de anima t. 8. 36 9. p. ph. t 20. 12. p. ph. t 39 51 x libr. prædic. c. de substan. 1. prior. sec 2 c. 1. 4. Top. c 1. loc. 2. c. 2 loc 13. 14 y 2. phy t. 92 5. p. ph t. 10 29. 33 7. p ph. t 43 10. p. ph. t. 24 z 1. phy. t. 79 4 phy. t. 84 1 de gen. & corr. t. 12 2. de gen. & corr. t. 6. 51 7. p ph. t. 22 12. p ph t. 7. 8 a 2. post. t. 74 75 7 p. ph. t. 43 10. p ph. t. 23

cat ortum? Secunda autem hæc, Quod magis participat actum in eodem prędicationis, & substantię ordine, prius ab intellectu per se cognosci oportet, quàm quod minus participat actum, quoniam solum forma, & quid erat esse, [t] quod est actus rei, ab intellectu per se cognosci potest, si quidem [v] intellectus cognitio nihil aliud, quàm ipsius intellectus actus est, & quod ab intellectu per se cognoscitur, si actus non est, ad proprium actum redigi, & actu iam esse, necesse est. Quapropter cuius potior, & præstantior est actus, illud ab intellectu per se prius cognosci, pro comperto habere debemus. Sed minus uniuersale, magis participat actum, quàm magis uniuersale, quia quæ [x] uno, eodemque continentur prædicamento, sic inter se disposita, & ordinata sunt, ut superius semper, ut genus de substantia inferioris prędicetur, [y] genus autem est rationis materia, [z] materia uero potentia est. Quamobrem, cum minus uniuersale [a] ex suo magis vniuersali, tamquam ex materia, & ex differentia, tamquam ex forma constituatur, & hoc modo in suum euadat actum, cui obscurum erit, minus uniuersale magis participare actum, quàm magis uniuersale? Ex quo plane sequitur, minus uniuersale prius, quàm magis uniuersale, per se cognosci ab intellectu debere. Tertia uero hæc, [b] Actus est tum ratione, tum substantia prior, quàm potentia, sed

2m Arg. 3m Arg.

b 2. de gene. & corr. t. 55 2. de partib. animaliũ c. 1 2. de anima t. 33 9. p. ph. t 13 14. 15 16 17. 18 12. p. ph. t. 30. 31. 32

sed minus uniuersale, ut modo demonstratum est, præ magis uniuersali est actus, magis autem uniuersale prę minus uniuersali est potentia, ergo minus uniuersale tum ratione, tum substantia, & forma prius est, quàm magis uniuersale. At, quod est prius ratione, & forma, prius ab intellectu per se cognoscitur, quoniam, quod ab intellectu per se cognoscitur, substantia, siue forma, & quid erat esse, [c] quod ratione explicatur, est, ergo minus uniuersale prius ab intellectu per se cognoscitur, quàm magis uniuersale. Quarta, & postrema hæc, Quod est sensui propinquius, prius, quàm quod minus propinquum est, a sensu cognoscitur, cum acrius, & citius moueat sensum, sed minus uniuersale [d] est sensui propinquius, quàm magis uniuersale, quia ut [e] minime uniuersale quodque est, ita statim per se indiuidua & sensibilia constituit, atq; informat: ergo minus uniuersale prius a sensu cognoscitur, quàm magis uniuersale. Sed quod prius a sensu cognoscitur, eius species sensibilis, & phantasma prius in anima consignatur, cuius autem phantasma prius in anima consignatur, eiusdem quoque speciem intelligibilem prius in anima consignari consentaneum, uel potius necessarium est. [f] In speciebus enim sensibilibus, & phantasmatibus species intelligibiles & insunt, & per se ab intellectu cognoscuntur. Quare minus uniuer-

c 2. post. t. 9. 17. 43. 1. Top. c. 4. 7. p. ph t. 13. 21.

d 1. post t. 12 1 phy. t 49 1. p ph c. 2.

e 7. p. ph. t. 35

f 3. de anima t. 30. 32. 33. 34. 39.

4. Arg.

fale, cum prius a fenfu cognofcatur; prius item, quàm magis uniuerfale, ab intellectu per fe cognofci, fatis hactenus effe probatum uidetur. Ad idem probe confirmandum fuppetit ex procemio primi libri Phyficorum illuftris locus. Namque ibi Ariftoteles, dum præcipit in uenandis, & cognofcendis naturalium rerum primis principiis initium à notioribus, & manifeftioribus nobis effe faciundum, ita fcriptum reliquit, [g] Quapropter ex uniuerfalibus in fingularia oportet procedere: totum enim fecundum fenfum notius, uniuerfale autem totum quoddam eft, multa enim comprehendit, ut partes, uniuerfale. Hoc loco per uniuerfalia, magis uniuerfalia; per fingularia, [h] minus uniuerfalia, & recte quidem, doctiffimi quique Peripatetici a Philofopho fignificari cenfent. Itaque magis uniuerfalia notiora nobis, minus autem uniuerfalia notiora effe natura affeueranter affirmare hic Ariftoteles putatur. Et, quia, quæ notiora funt natura, eadem notiora funt ratione; quę autem notiora ratione, ea ipfa prius ab intellectu per fe cognofcuntur: propterea colligere plane licet, minus uniuerfale prius ab intellectu per fe cognofci, quàm magis uniuerfale. Id autem an ratum, fixumque nobis effe debeat, necne, diiu dicabimus, ubi & locos, & rationes, quæ potiffimum in contrariam partem ualere exiftimantur in medium protulerimus, & expofuerimus.

[g] p. phy. t. 4

[h] 2. poft. t. 81; io. p. ph. t. 24

P.ᵒ Rᵒ rimus. Ex rationibus igitur hæc una est, Simplex intelligibile, ex quo aliud componitur intelligibile, sua natura prius ab intellectu per se cognosci debet, quàm quod ex illo compositum est, non solum, [i] quia perfecta, & secundum naturam cognitio compositi comparatur ex cognitione simplicium, quę constituunt cõpositum illud, tanquam ex cognitione principiorum: sed etiam, [k] quia intellectus est, qui ex simplicibus intelligibilibus facit composita intelligibilia: nisi enim prius simplicia cognosceret, certe neque composita recte cognoscere, neque eadem unquam componere posset. Sed magis uniuersale, quatenus intelligibile, præ minus uniuersali est simplex, & ex quo minus uniuersale componitur: quoniam magis uniuersale eiusdem prædicationis, & substantiæ [l] est prima, & prænota pars, quæ in ipso quid erat esse minus uniuersalis ponitur; quare ab intellectu per se, & secundum naturam magis uniuersale prius, quàm minus uniuersale cognoscitur.

2ᵒ Rᵒ Ex hac existit altera huiusmodi, Quod est prius, & notius ratione, id prius ab intellectu per se necessario cognoscitur; siquidem quæ in alicuius ratione, & definitione ponuntur, prænota debent intellectui esse, [m] cum omnis doctrina, & omnis disciplina rationalis ex antecedẽte aliqua perficiatur cognitione. Sed magis uniuersale, ut pote quod in definitione minus uniuersalis

i 1. phy. t. 1. 35. 1. phy. t. 17. 3. p. ph. t. 10. 11. p. ph. t. 1.

k 3. de anima t. 21. 22. 57.

l 2. post. t. 74. 75. 6. Top. c. 1. loc. 27. 3. p. ph. t. 10.

m 1. post t. 1. 6. Top. c. 1. loc. 17. 1. phy. t. 1. 1. p. ph c. 3. c. 48.

eiusdem prędicamenti ponitur, prius, & notius est ratione, quàm minus uniuersale: ergo magis uniuersale prius, quàm minus uniuersale per se cognoscitur ab intellectu. Hæc item ex sese tertiam talem deinceps parit, Propter quod cognoscitur aliud quippiam, illud prius, ac magis cognitum omnino esse debet: nam [n] quod est causa, ut aliud sit tale, illud prius, & magis tale sit, necesse est: sed propter magis uniuersale, quod est prius, & notius ratione, minus uniuersale ab intellectu per se cognoscitur, cum hoc per illud, ut per prænotum definiatur, & noscatur: ergo magis uniuersale prius, quàm minus uniuersale, ab intellectu per se cognosci oportet. Quarta ad istas tanquam sociam se adiungit istiusmodi, Quod longius, & remotius a sensibili materia est, id ab intellectu per se cognoscitur prius, quàm quod ab ea minus remotum, & propius abest: quoniam [o] ea est materię natura, ut minime apta, idoneaque sit, quæ per se ab intellectu cognoscatur. etenim, ut initio diximus, intellectus, dum rem aliquam intelligit, tantummodo formam, & quid erat esse a sensibili materia secernendo, & abstrahendo intelligit: & ob eam rem, quod longius a materia distat, id actus, & forma purior, promptiorque intellectus notioni sua natura omnino est: Sed magis uniuersale longius, & remotius a sensibili materia est, quàm minus uni-

n 1 post. t. 15. 10. 2. p. ph. t. 4

o 1. phy. t. 69 7. p. ph. t. 35

3^a. Rõ

4^a. Rõ

uniuersale, quod quidem ex eo facile intelligi potest, [p] quod materia sensibilium, & singularium causa est. Quapropter quo [q] magis uniuersale aliquid existit, eo longius a sensibilibus & singularibus, & a materia sciunctum esse rerum natura testari uidetur. Quare magis uniuersale prius, & facilius, quàm minus uniuersale, ab intellectu per se cognosci certum iam est. Quinta pręterea additur talis, Intellectus sua natura id, quod ei similius est, tangit, & in se recipit, & per se cognoscit facilius, & prius, quàm quod ei minus simile est: quia intellectus tangendo per receptionem, & intellectionem non solum similis, sed etiam [r] id ipsum, quod est illud, quod intelligitur, fit: nam & scientia secundum actum idem est, quod res ipsa, quæ scitur: atque id quidem naturæ ui conficitur, propterea quòd similitudo, [s] tamquam uinculum quoddam est ad ea coniungenda, & copulanda, quæ unum, & idem fieri debent. Sed magis uniuersale similius intellectui nostro est, quàm minus uniuersale. ut enim intellectus per se a corpore separabilis est, & ab eo non pendet, sic magis uniuersale, cum longius a singularibus, & sensibilibus absit, magis etiam, quatenus intelligibile, est ratione a materia separabile, minusque ab eadem pendet, quàm minus uniuersale, omninoque ut [t] res a materia separabiles sunt, sic intellectus intelligendo separabilis redditur,

p 2. de anima t. 59. 60. 7 p. ph. t. 28. 35 39 53.
q 1. post. t. 12. 1. p. ph. c. 2.
r 3 de anima t. 8 18. 19. 27. 37. 38. 9 p. ph. t. 21. 12. p. ph. 39. 51.
s 4. de cælo t. 21. 1. de gene. & corr. t. 48. 5. p. ph t. 16. 10. p ph. t. 10. 11.
t 3. de anima t. 11.

ditur, & ideo facilius item, & prius, quàm minus uniuersale, per se ab intellectu cognoscitur magis uniuersale. Hic nemo nobis occurrat; & obiiciat, quòd neque Deus, neque cęterę substantiæ penitus a materia separatæ, ac nobis maxime intelligibiles facilius, & prius, quàm alia intelligibilia sua natura non separata a materia, ab intellectu per se intelligantur, & cognoscantur. Quamuis enim intellectus noster ex omnibus, quæ infra lunam sunt, maximam [u] similitudinem, [x] summamque cognationem cum Deo, a quo etiam diuinus nominatur, habeat: tamen in ista maxima similitudine, ac summa cognatione dissimilitudo ea, & distractio intercedit, [y] ut Deus sit omnino separatus, & simplicissimus, [z] atque splendidissimus actus; noster autem intellectus [a] non separatus, sed separabilis; non actus, sed potentia, a qua uehementer afflictus, plane hebes, & impotens per se ad intelligendum redditus est. Itaque, cum hęc tanta dissimilitudo, atque distractio similitudinem illam, & cognationem obruat, minime mirum, si noster intellectus, quippe cui, ut ex potentia in suum afferatur actum, necessaria est sensuum opera, neque Deum, neque reliquas per se separatas substantias facilius, & prius, quàm alia inferiora intelligibilia, per se cognoscere ualeat. Sed, ut ad rem propositam redeamus, sexta, & extrema ratio ex omnibus simul quinque superio-

u 12.p.ph.t.39 51.
x 10. Eth.c.8
y 8.phy.t.86 1. de cælo t.100. 2. de cælo t.17. 12 p ph.t.30. 37.38.39. 41.43 49. 51.52.
z 2. p ph.t.1. 12 p.ph. t 39
a 1. de anima t. 65.66. 2. de anima t.21. 3. de anima t.1.3.5.6.7. 8.14.36. 2. de animalium gen.c.3.

Obiectio
Responsio

perioribus tanquam foetus quidam elicitur huiusmodi, Quod est per intellectus actionem magis intelligibile, id prius ab intellectu per se cognosci necesse est; quia in phantasmate, quod[b] est passio communis sensus,[c] species insunt intelligibiles non actu,[d] sed potentia; & tunc actu fiunt, cum ab intellectu intelliguntur. Cum igitur[e] in uno, eodemque phantasmate plures simul insint eiusdem substantię species intelligibiles, sine dubio, quæ maxime omnium intelligibilis est, prima intellectui occurret, ab eodemque facillime omnium, ac primo fiet actu, simulque etiam per se cognoscetur. Sed magis uniuersale per intellectus actionem est magis intelligibile, quàm minus uniuersale; quoniam & magis simplex, & prius, atque notius ratione, & propter quod minus uniuersale ab intellectu per se cognoscitur, & longius a sensibili materia distat, denique & intellectui nostro similius est. ergo magis uniuersale prius ab intellectu per se cognoscitur, quàm minus uniuersale. Nec desunt ad has stabiliendas rationes, qui ex intima philosophia insignes depromantur, loci. Nam ex primo[f] posteriorum: Maxime uniuersalia longissime distant a sensibus, prioraque, ac notiora simpliciter, & natura sunt,[g] Ex secundo de anima. Scientia est uniuersalium, hæc autem quodammodo in ipsa sunt anima,[h] Ex tertio de anima. Species, siue forma,[i] quæ uniuer

salis-

b libr. de mem. & remin c.1.
c 3. de anima t.31.39
d 3 de anima t.18.39. 9. p.ph. t.20
e 3. de anima t.21.33.34
f 1. post. t.12
g 2 de anima t.59.60
h 3. de anima t.3.6.38
i 7 p. ph. t.35 37

ſalis eſt, in anima eſt, Ex [k] primo Phyſicorum, & [l] quinto primę philoſophię. Vniuerſale eſt prius, & notius ſecundum rationem, [m] ex primo itidem primæ philoſophiæ, Maxime uniuerſalia, quia longiſſime a ſenſibus abſunt, difficillima cognitu ſunt hominibus. Atque hi quidem omnes collecti, & deprompti loci, cum per ſe plani, apertiq; ſint, neque ulla egeant explicatione, clariſſime ſignificant, atque teſtantur, rationes, quas fulciunt, ac roborant, ueras omnino, & certas eſſe: ex quo nobis diiudicare facile licet, ſuperiores, quæ contradicunt, falſas, eiusque loci, qui illis ſuffragari uidetur, neque rectam, neque ueram, germanamque interpretationem adhibitam fuiſſe. Etenim in earum rationum prima falſum prorſus eſt, minus uniuerſale promptioris, & facilioris cognitionis intellectui eſſe, quàm magis uniuerſale. Non enim, cum magis uniuerſale ab intellectu per ſe cognoſcitur, ex pluribus, quàm minus uniuerſale, colligi, atque cognoſci, neceſſe eſt. Phantaſma enim, in [n] quo intellectus ſpecies intelligit intelligibiles, [o] ex uno indiuiduo ſecundum numerum in anima formatum, & conſignatum eſt; in eo autem phantaſmate forma ipſius tum magis, tum minus uniuerſalis eiusdem ſubſtantię ſimul continetur, & quemadmodum forma eius, quod eſt minus uniuerſale, intelligitur ſine cognitione ſuorum indiuiduorum, ſic in illo

k 1 phy t 49
l 5 p ph. t. 16
m 1 p ph c. 2
n 3 de anima t 30: 32: 39
o 3 de anima t: 30. 39 lib: de ſomniis c. 2

illo ipso phantasmate forma eius, quod est magis uniuersale, ab intellectu per se intelligitur sine cognitione eorum, quorum omnium forma illa communis est, ut in phantasmate, quod ex Socrate in anima formatum est, & hominis, & animalis forma ab intellectu per se cognoscitur; cum tamen neque singuli homines, neque singulæ animalis species ab eodem simul cognoscantur intellectu. Nec in secunda quidem uerum est, minus uniuersale magis participare actum, quàm magis uniuersale. Non enim in præsentia quærimus magis, & minus uniuersale, ut hoc ex illo, tanquam ex genere, quod in definitione habetur pro materia, constituitur, (tunc[p] enim magis uniuersale potius pars ipsius quid erat esse minus uniuersalis, quàm magis uniuersale est,) sed quærimus, utrum illorum separatim per se sumptum, & consideratum magis participet actum. Namque hoc modo quærentibus facile compertum erit, magis uniuersale, quia longius a singularibus, & sensibilibus, & a materia abest, magis participare actum, quàm minus uniuersale. In tertia fatendum quidem est actum esse tum ratione, tum substantia priorem potentia, sed negandum, minus uniuersale præ magis uniuersali esse actum, magis autem uniuersale pre minus uniuersali esse potentiam, si separatim per se, ut proxime diximus, quemadmodum in hac disputatione quærimus, tractetur,

p lib. de interpr. sec. 1 c. de ora. 2. post. t. 71 4 phy t. 43 3. p. ph t. 30. 7 p. ph t 42 43

Rn 2m

Rn 3m

tur, & consideretur. In quarta maxime a ueritate abhorret, illud prius etiam ab intellectu per se cognosci, quod prius a sensu cognoscitur. Si enim species eius, quod est minus uniuersale, & sensui propinquius, seorsum a specie eius, quod est magis uniuersale, & a sensu remotius, prius consignaretur cum phantasmate in anima, uerum quidem id esset; sed, quia ambæ simul cum phantasmate excipiunturin anima, atque formantur, necessario intellectus in tali phantasmate ab ea specie, quę longius a materia, & magis simplex, magisque intelligibilis est, non ab ea, quæ omnino contra se habet, suam exordiri debet intellectionem. Quare superest solum, ut etiam illius loci, qui ex proœmio primi libri physicorum uires rationibus ipsis subministrare existimatur, rectam, ac ueram interpretationem exprimere conemur. Vniuersale igitur, ut ex eius iam explicata ratione cognitum habemus, dupliciter dicitur, & consideratur, aut ut unumquodq; eorum, quę continentur, est ipsum uni-

q 5. p. ph. t. 31. uersale unum, & q uniuersale propterea dicitur, quòd multa continens de singulis prædicatur, omniaque unum sunt, ut illorum unum-

r 1 post. t. 36. 37 164 quodque: aut ut ex his unum, uidelicet uni-

3. p ph. t. 12. uersale ipsum, tanquam una natura, ex his in-

5 p ph t 31 quam, quæ continentur, & tanquam ab illis

7. p ph t. 35 43. 57 separata, r etiam si re uera separata non sit, sed

10. p. ph. t. 6 ab intellectu tantum in phantasmate sine illis

per

per se cognita, atque percepta: & ideo uere, diuineque dictum est, [f] Animal, uniuersale aut nihil, aut posterius. Vt autem ad propositi loci ueniamus interpretationem, uniuersale, cum priore modo in philosophia consideratur, & usurpatur, totum quoddam est, quia multa comprehendit, ut partes, & notius secundum sensum, quia in singularibus, & in sensibili materia cognoscitur, sicque notius nobis est, quamuis prius natura sit; ut exempli gratia, si offerretur aliqua nobis ignota auis, interrogati, quid auis illa esset, continuo responderemus, auem esse, quoniam generis proprietates notiores sunt secundum sensum, quàm speciei, sed non de hoc uniuersali, quod in suis indiuiduis percipitur sensu, sed de illo, quod posteriore tractatur modo, & ab intellectu, quasi separatum per se cognoscitur, quæstio instituta, atque suscepta est.

f 1. de anima t. 8



HINC deinceps emergit, & quodam modo sese effert altera, breuis illa quidem, sed necessaria cognitu bipertita quæstio de ente. Cum enim probatum iam, & demonstratum sit, magis uniuersale prius ab intellectu per se cognosci, quàm minus uniuersale, & [a] ens maxime omnium uniuersale inueniatur, naturæ uis postulare uidetur ut primum quæratur, utrum ens, ut ens, primum omnium ab in-

a 3 p. ph. t. 16 16
4. p ph. t. 3 3 5
5 p ph. t 14.
7. p ph t. 57.
10. p. ph. t. 6 7. 8

ab intellectu per se cognoscatur, necne: deinde, si primum cognoscitur, utrum ita ab intellectu per se cognoscatur, ut & cum intellectus cognitione adæquatum sit, & extra ipsum, quatenus est ens, atque ipsius principia nihil reperiatur, quod ab intellectu per se cognosci queat. In tractanda igitur priore quæstionis parte, a qua posterior pendet, in primis teneamus, oportet,[b] quòd ens tribus modis multipliciter, hoc est, ad unam primam naturam in philosophia dici, & considerari solet; etenim ut uerum, ac falsum, ut uerum, quod est, ut falsum, quod non est, siue possit, siue non possit esse, & ut actu, atque potentia; ut actu, ut mercurii statua, cum ex lapide iam facta est, ut potentia, ut in lapide, quia ex eo fieri statua potest, & quęcunque significant genera prædicamentorum consideratur, & tractatur. Prima uero natura, ad quam his singulis modis ens dicitur, substantia est, propterea quòd omnium, quæ sunt,[c] prima est ratione, cognitione, tempore, & natura, & ob eam causam ens, & ut ens, quæcumque significant prædicamentorum genera, & ut uerum, ac falsum, & ut actu, atque potentia primum in substantia,[d] a qua reliqua omnia entia pendent, deinde in cęteris prædicamentorum generibus intelligi debet. Cum autem ens, quęcunque significant genera prædicamentorum sit, tanquam fundamentum,[e] in quo nititur

b
5.p.ph.t.14
6 p phi.t.1.4
9 p.ph. t.1.
21

c
7.p ph.t.4

d
4.p.ph.t.2
7.p.ph. t.2.
3.4
9.p.ph t.8

e
lib. de interpr sec.2
1. post.t 10
3 phy.t. 3. 6
3 de anima t.21.
5.p.ph.t.16
34
6.p ph t.4
9.p.ph.t. 1.2
21.22

uerum,

uerum, & falsum, actus, & potentia, de ente, quatenus secundum prędicamentorum genera consideratur, tota disputatio futura est. Itaque, si uerum est, ut in principio posuimus, & postea exponendo monstrauimus, solum rerum formas, & quid erat esse, atque eius partes ab intellectu per se cognosci, & intelligi, nullo pacto fieri posse uidetur, ut ens primum omnium per se ab intellectu cognoscatur: esset enim quid erat esse alicuius prædicamenti. At, si ut quid erat esse in uno poneretur prædicamento, certe neque ab illo in alia transferri,
neque in omnibus prędicari per se prædica- f
mentis posset, [f] quia tam uaria, tamque di- 5. p.ph.t.33.
uersa, atque disparata inter se sunt prædica- 10.p.ph.t.13
mētorum genera, ut nequeat ullo modo unius 22
natura in alterius naturam meare, atque conuerti. Quare, si neque ut quid erat esse, neque ut eius pars in aliquo poni potest prædica
mento, non solum non ab intellectu per se co g
gnosci, sed ne intelligibile quidem prorsus pu 4.p.ph.t.1.2 6 p.ph.t.1
taretur ens: in omnibus enim, ut supra dictum h
est, per se prædicatur, & reponitur prędicamen- 1.post.t.70. 84.
torum generibus. Attamen [g] primæ, diuinę- 1.p phi.c.2
que Philosophiæ omnium scientiarum [h] Prin- 3. p.ph.t.3 6.p.phi.t 3
cipi, ut pote [i] quæ primum omnium princi- i
pium, ad quod omnia sunt ordinata, & a quo 1.p.ph.c.2
omnia pendent, & primas substantiæ causas, 3.p.ph.t.3 4.p ph.t.2
intelligit, & contemplatur, ens, ut ens, ad 12 p.ph.t 1
sciendum, & per se cognoscendum subiectum 38.52 6. Eth.c.7
est,

est; id quod nulla fieri posset ratione, nisi ens, ut ens, primum omnium ab intellectu per se cognosceretur, & intelligeretur. Sic igitur non posse ab intellectu per se cognosci, nec prorsus intelligibile esse, & rursus ab intellectu per se intelligi primum omnium, his in utramque partem, & ueris quidem rationibus existimaretur ens. Sed, [k] quia ueritas numquam ueritati repugnat, atque aduersatur, sed consentanea semper, & congruens est, ad utrāque tuendam, seruandamque ueritatem ens dupliciter in philosophia assumi, ac tractari est necesse: idque, quatenus de omnibus prædicamentorum generibus prędicatur. Nam [l] & cum ut uniuersale, commune, per se separatum, ac nudum de omnibus, quæcunque sunt, enuntiatur, & cum [m] ut ab unoquoque singillatim prædicamento, sed primum a substantia per se participatur, in philosophia usitatum, & consideratum inuenitur. Quamobrem, cum ens priore modo tractatur, tum uerum est, ens nihil, nisi prædicationem illam, siue uocem communem prędicatam esse: & propterea neque ab intellectu per se cognosci, neque intelligibile esse omnino, quia [n] nihil, quod commune sit, alicuius substantia esse potest. Cum autem posteriore modo, tum de quocunque prædicamentorum genere prædicatur, eiusdem generis ut prima pars ipsius quid erat esse intelligi necessario debet; ita tamen ut primum omnium

K 1. prior. sec. 3 c. 1. 1. Eth. c 8

l lib. de interpr. sec 1: c. de uerbo 2. post t. 33 5. p ph. t. 17. 7 p ph. t. 57 10. p ph. t. 6

m lib. de interpr. sec. 1. c. de uerbo. 4 p ph t. 2 5 p ph t. 14 7 p ph. t. 1. 2 10. p ph. t. 7. 8

n 7. p. ph. t. 45 10 p ph t. 6